Quaestio medica disput. Quodlibetariis discutienda in Scholis Medic. die martis 23ª mens. Januar.
Praeside ~~et~~ Eruditissimo, Ita et Sapientissimo Viro Doctore Medico Ludovico Cochin.

An sanitatis tutela corporis correctio?

Hominis corpus in cuius principiis calidis humidis igneis praepollere oportuit, et ex sua triplici substantiae integritate sanitatem sortitur nullius intemperie morbo adversam, quae prorsus inculpata apud nos fovi non licet: Ita duabus intemperiis suae corruptibilis causis, huic insita, quae radix vitae quoque ipsius author est, illi post exhaeresi non tamen in qualibet coctione gignitur: at non variis extrinsecis, a quibus in morborum curatione plurimumque indicatio petitur, velis nolis est opportunum. Adversus quas tribus facultatibus e suo quaque fonte in se ipsum etiam ... propriis ductibus impari fluentis spiritus necessitate distributis abunde sibi prospicere natum est.

Quae cum ita sint hoc unum agit valetudinis tuendae artifex naturae addictus, et sedulo perspectis cuiusque corporis statu, aetate, anni tempore, vitae sorte, consuetudine corpus (quod in sanguinis copia nonnunquam gracilescit) exsiccat, repurgat, et ab iniuriis externis, non tamen omnibus tuetur, idque probatis victus ratione, quae salubris materiae educenda minime complectitur congrua cuique qualitate et quantitate tota continetur: tametsi et manus, et medicamenti ministerium aliquando requirat, velut in bilis aut pituitae proventu, aloës ac rhabarbari: Ex quibus facta catapotia non nisi ventriculo inani sumenda venenatarum etiam partium affectibus mire conducunt.

Corporis naturae servandae (qualis saepe intemperata) similium, corrigendae (quod per morbos aggredi non licet) contrariorum qualitas aequalis aut raro displicens mensura Hippocrati scripto ordine congruunt, in nullis tamen repente mutata et si vitiosa consuetudine, cui tum in vita negotiosa, tum in senectute maxime serviendum; cum alioqui cibus, qui tam prima quam ultima aetate contrarius ob causas sequentes, impar tamen esse debet, vel simplex, vel primis epulis coctu facilior, et sive in caena (qua semel omissa, postridie si pituita abundat, minus edendum) ubi uberior somnus autem sitis nunc author, nunc medela (cui ut vel vita otiosae exercenda vis est) a prandio rarior: ac neutra nisi iam ... naturae adhibendus videtur.

Unde biliosis (quorum nonnullos crasso alimento uti satius est) refrigerium aquae potus majorum quam appetant quietis, et vesti contentos in frigore somnum: contrariis contraria vis procurabit. At quos occupat, debilis intemperies paucorum morborum concoctrix, haud sibi alitis quam qui e morbo convalescunt et modice exercendi, ita humidis et crassis ... expetibus, sed salitis magis, quam recentibus, et assis quam elixis, atque vino tenuioris longe ab eo dissimili, quod pueris plerisque convenit, reficiendi, eorumque alvus humidis saepe ac pinguibus potius quam amaris et acribus sollicitanda.

Caeterum morborum nuncios affectus vel ut lassitudines spontaneas (quibus haud absimiles motoria ... apothecariae cedunt) majoribus iam auxiliis, quoniam utrique in morborum aliquorum principiis etiam non turgescente materia videtur est, sanitatis custos saepe oppugnat, ~~...~~ idque praesertim vere et autumno utroque vitiosis quidem, et senibus, nunquam tamen epidemiis morbis nisi vitiata anni aliqua parte obnoxio. Qua ratione in vivarum cruditate et phlebotomiam unico indicanti scopo addictam (a qua et a purgatione parcius abstinendum) aliquando usurpat: Ita si ulceribus quoque sistatur et vomitum longae diarrhaeae sudorem nunquam promovet, qui etiam hyeme non minus quam clystere aestate est in usu.

Est igitur sanitatis tutela corporis correctio.

Joannes De Beauvoir Sagiensis · 1543 ·

Domini Doctores disputaturi.

1 M. Jacobus Coupil .
2 M. Antonius Dufour .
3 M. Claudius Zolin .
4 M. Antonius Taquet .
5 M. Joannes le Bay .
6 M. Joannes Montanus .
7 M. Nicolaus Rigoreus .
8 M. Antonius ~~Caillart~~ .
9 M. Joannes de Fraxino .

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE